

DE GLOBI TERRESTRIS  
De Insulis circa Asiam ac Indiam, & nouas regiones huius  
tertiæ orbis partis.

CAPVT XXI.



**C**Yprus insula maris mediterranei, Syriæ obiecta ad occidentem. Hanc Iaphet Noe filius primum inhabitauit, quæ etiam in sacris literis Cedrin appellatur, sita sub grad. 65.30.35. 10. Scotora apud Arabiam foelicem quam Ptole. Dioscoridem appellauit, nunc etiam Scoyra. Archiepiscopum habet, ibi optimum Siricum, Ambra ac Aloe, sub grad. 86.20.12.0. Ormusa insula in angustijs maris Persici, olim continens Carmanix, nam apud Ptole. Armusium promontorium & eiusdem nominis urbs fuit, sub grad. 96.20.19.0. Taprobana hodie Samotra, est insula permaxima Indiæ opposita sub gra. 151.15, sub Aequatore. Iaua maior 179.0.7.30. Australes. Borneo insula ibidem 178.0.2.30. Australes. Iaua minor ibidem sub gra. 188.9, sub æquatore. Ambicon insula 166.0.7.0. aust. Gelolo, apud alios Syloli uel Solor permaxima insula Moluccarum sub gra. 204.0.1.0. austr. Moluccarum reliquarum insularum medium est sub grad. 193.0.9.0. Insulæ Sacrificiorum in oriente 242.30.23.40. Iucatan insula ibidem in gra. 257.30.19.0. Cuba ibidem sub gra. 269.30.23.30. sub tropico Cancrî sita. Iamaica 270.0.19.30. Spagnolla 284.0.23.0. S. Iuan insula ibidem 292.30.21.15. Antiglix insulæ ibidem circumfusæ. Vafandres insulæ, quæ & Accores, uel Azeres ab alijs dicuntur sub grad. 331.30.40.0. Reliquæ si quæ sint insulæ in globo Geographico inuenies, de quibus lege scriptum Petri martiris Mediolanen. prothonotarij diuæ Margarethæ Augustæ, filix Maximilianî Imperatoris.

BRA S I L I A E N O  
V Æ , T E R R Æ A N  
notatio.



**B**Rasilix Australis permaxima regio, uersus Antarcticum recenter reperta, nondum autem plenè perspecta, se extendens ad usq; Melacham, & quid ultra. Incolæ huius regionis bonæ ac honestæ uitæ degunt, nec sunt Antropophagi, sicuti ceteræ barbaræ nationes, legem non habent, neq; reges, sed seniores uenerantur, & eis obedientiam præstant, liberis eorum Thomæ nomen imponunt, huic regioni adiacet insula permaxima Zamzibar sub gradibus 102.0.27.30. Australes.

Finis libelli de usu Globi terrestri.